

Q. K.
415,
18.

X 187 6703

L. D. B. F.

De

II i
2466

Regionibus Suburbicariis, Banderesiis,
Baronibus & Paramonariis

Enodatus dubia nonnulla,

PRÆSIDE

VIRO Celeberrimo

DN. M. MARTINO
CLEMENTE CÖLERO,

Serenissimorum MARCHIONUM BRANDEN-
BURG. MAGDEB. & BORUSSIÆ DUCUM &c.

&c. Athenæi ad Salutis fontem celebris Ecclesiaſtâ,
SS. Theol. ac Hebr. Ling. P.P. meritissimo,

DN. Epboro, Hospite, nec non Cognato suo Patris instar
venerando,

Publicæ exponet ventilationi

Horis solitis ad d.

A. M DC LXXXII.

Heilsbronna,

GEORGIUS CASIMIRUS KIRCHMAERIUS,
Wittebergæ-Saxo.

Literis Jeremiæ Kretschmanni, Typogr.
Onoldini. Aulie.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA



D A E

D

M

BU

RUSS

RUM

VI

OR

DO

Regionus Supradicatis, Baudotellis
Baudotellis, Pseudomontis
Baudotellis, Bonnus,
Præside
Viro Cæspitum
DN. M. MARTINO
Clemente Colero
Sedentiam Martionum Branden-
burg. Magdebr. & Borussie Ductu
sc. Apenni & Salsis locorum cœlepia Ecclœfus
sc. Theol. Achep. Triag. F. P. meliusimo
DN. Epopeo, Holbein, acc. mons Cœlepsa Vito Patera Melius
Cœlepsa
Pupillæ expositæ autilitatis
Hom. Epistola ad ad
V. A. DC LXXXII
Hippocrate
GEORGII CASIMIRIUS KIRCHMÆRUS
Wittelsbach.

Pictoris Heremiss Kirchmærii, Jacobi
Quodlibet. Antwerp.

SERENISSIMO PRINCIPI AC
DOMINO,

DN. JOHANNI
FRIDERICO,
MARCHIONI BRANDEN-
BURGICO, MAGDEBURG. BO-
RUSS. STETIN. POMERANORUM, CASSUBIO-
RUM, VANDALORUM, CROSN. ET CARNO-
VIÆ SILESIOR. DUCI, BURGGRAVIO NO-
RIMBERGENSI, PRINCIPI HALBER-
STADENSIS, MINDENSIS AT-
QUE ÇAMIN.

PATRI PATRIÆ
ORTHODOXIÆ EVANGELI-
CO-LUTHERANÆ

IN
ECCLES. SCHOLISQVE RELIGIO-
SISSIMO NUTRICIO,
GYMNASII AD SALUTIS FONTEM
CELEBRIS SOSPITATORI ALTERI

MUNIFICENTISSIMO,
DOMINO SUO CLEMENTIS-
SIMO.

)C

PRO



PRO GRATIA JAM ULTRA QVADRIENN:
IN AULÆ ILLVSTRISSIMÆ
MAGNIFICENTIORE APPARATU
PRÆSTITA INÆSTIMABILI,
PRO TOT TANTISQVE BENEFICIIS HUC
USQVE PRINCIPALIBUS EXHIBITIS
HUMILLIMAS EXSOLVIT GRATIAS;
DE ITINERE PER
GERMAN. GALLIAS ET ANGLIAM
FELICITER CONFECTO NUPERO,
NOVISSIMISQVE THALAMIS
CUM INCOMPARABILI DUCISSA
CONJUGE AUGUSTA
RECENS INITIS
CONGRATULATUS DEVOTISSIME

adaras usq;
Servulus submississimus
RESPONDENS.

Ad



N:
J:
C:
M:
V:
us:
VS:
Ad:

Ad doctiss. Dn. Respondentem,

Quo pede cœpisti, juvenis suavissime, perge :
nam *Kirchmajeri* non nisi summa petunt.

Mox patriam repetes, ut det Tibi debita fronti
præmia, ne proprium sit sine teste decus.

Gratul. scripsit
Onoldi

Henr. a Lithe
S. Th. Lic.

Ad Ornatiſſimum Respondentem.

QVæ juvenem, ut Patris genius, genus, ardor ho-
nesti,

improbus atq; labor, condecorare solent,

Hæc tua, *Kirchmajere*, bona ornamenta vocentur,
das operam, ut tandem ritè Patrem referas.

Præfes.

Kirchmajere, boni Patris optume & æmule Fili,
felici Musas dexteritate colis.

Te Patris & virtus & nomen ad ardua ducunt,
ac opus ingenium sedulitasq; juvant.

Maëste tua virtute ! Patris te certa sequetur
Gloria, si virtus præit honesta Patris.

Florentissimo Juveni,
Affini suo perdilecto
bene ominatur

M. Andreas Geret, Ill. Aule
Onoldo. Brandenb. Diaco-
nus & Gymnasij Rector.

) (ij .

Was

Was eine Nessel wird/fängt an bey Zeit zu brennen:
 Es zeiget von der Frucht der Blütthe Gegenwart.
 Man kan bald einen Baum am ersten Zweigen kennen/
 Ob Er gerathen werd: und Art läßt nicht von Art.
 So auch ein muntrer Geist schon weißt bey jungen Jahren/
 Wie daß sein Zugend-Sinn nach edlen Wissen streb/
 Und läßt die kluge Welt durch seinen Fleiß erfahren/
 Wie daß in seiner Seel des Batters-Zugend leb.
 Und dieses ist das Lob/das wir Ihm jezo schreiben/
 Mein werthgeschätzter Freund. Sein Zugend-voller Fleiß
 Bricht schön und lieblich vor. Es soll Ihm eigen bleiben
 Des großen Batters Ruhm/und ungemeiner Preis.
 Er fahre loblich fort. Es wird das Ende krönen/
 Weil ist der Anfang guth/und die Beständigkeit
 Den Fortgang steissen wird. So wird des Batters Sehner
 Und seine Wohlfahrt dann nach Wunsch mit Glück er
 freut
 Dieses sollte Glückwünschend
 bezeugen

M. Johannes Samuel Geref.

I.N.7

I. N. J.
DUBIUM I.



Vid per SUBURBICARIAS

Regiones & Ecclesiæ intelligendum
sit? annis superioribus in Gallia & Italia ho-
minum eruditissimorum, Religionis haud
unius, ingenia commisit maximoperè qvæsi-
tum. De Jacobo Sirmondo sanè & Salmasio
dissertè satis constat. De pluribus iisq; Illu-

stribus Excellentissimisq; omni genere doctrinæ Viris testatur
idem ICTUS πολυμαθεστ Dn. Joh. Strauchius §. 4. dissert. de
Centum Lapidibus n. 17. An eadem sunt Suburbicariæ, qvæ sic ap-
pellantur per LL. Cod. à Calvino allegatas in Lex. Jurid. ac ab Ita-
liæ Regionibus separantur? Et an per Urbanas Urbicariásve in-
terpretandæ? ut existimavit ipse; non una omnium sententia est.
In Notitia Imperii utriusq; à Gvid. Panciroll. edita, provincia-
rum X. Vicario Urbis subditarum mentio fit hoc modo: *Sub dispo-
sitione Viri Spectabilis, Vicarii Urbis Romæ, Provinciae infra scri-
ptæ, Consulares, Campaniae, Tusciae & Umbriae, Piceni Suburbicarii,
Siciliae, Correctores Apuliæ & Calabriæ, Brutiorum & Lucaniæ, Præ-
sides Samniae, Sardiniae, Corsicae, Valeriae.* Dubitatur de Suburbica-
riis quid fuerint? Dictæ sunt suburbicariæ regiones, secundum
Beveregium in annot. ad Concil. Nic. I. qvòd sub eādem essent
potestate, sub qua & ipsæ Urbes, qvæ à Jurisdictione Vicarii, vel
potiùs præfecti Urbis pendebant: uti Picenum, Toscia, Latium,
Valeria sub Roma. Vicarii autem Jurisdiction ad centesimum lapi-
dem, i. e. 100000. passuum porrigebatur. An suburbicarium (pro
quo Latini *suburbanum* dicerent) Gallorum sensu appellabimus,
qui est des faubourgs, au apres? Pfalburgeri certè non sunt; de
qvibus vide WEHNER. Observ. Pract. Hieron. Bignon. ad form.
vet. p. 588. Lindenbrog. in Gloss. lit. R. Gryphiand. de Weichbild

Sax. c. 64. n. 7. & Brumm. de Scab. c. 5. Assentimur planè Strategio propter veritatem, intra lapidem centesimum suburbicarias definiendas per expressam l. 13. C. Th. de accus. in qua de provinciis suburbanis judices jubentur ad Urbanæ sedis Praefecturam referre; de cæteris ad Praefectum Prætorio. Cur enim Judices istarum regionum ad Praefecturam Urbicam hanc referant, si non subfint ejus territorio? Et cur Impp. in allegata lege 13. suburbanas cæteris opponunt Regionibus; cum suburbanas debuissent potius, quæ intra centesimum sunt, opponere iis, quæ ultra? Cæterarum ergò nomine Italia omnis venit, quæ extra centesimum erat sita. Sic & à Trebellio Polione in Tetrico enumerantur: Campania, Samnium, Lucania Brutiorum, Apulia, Calabria, Etruria, Umbria, Picenum & Flaminia, regioq; omnis annonaria. Et eâdem planè ratione ap. Dion. Cass. Mecænas. I. 53. τινῶ πάσαν Ιταλίαν incipit, δοτὸ τῆς πόλεως οὐδὲ τῶν ἐξωκύρων της πεντήκοντα οὐδὲ ἑπτακοσίων συδιων. Conf. l. 2. C. Th. de integr. restit. & l. 27. C. Th. de appellat. His ita præmissis certius constabit, quid de illo Ruffini loco l. Hist. Eccl. sit judicandum, quo componit inter se Alexandrinum & Romanum Episcopum in eo, quod ille diœceseos Ægyptiacæ habere potestatem debeat, eodem Jure, quo Episcopus Romanus (ex hoc minime Catholicus tum temporis) in suburbicaria utatur diœcesi sua; juxta Canon. VI. Conc. Nicæn. frustra Bellarmino Baronioq; indignantibus.

DUBIUM II.

SR. Imperii BANDERESII (deß H. Röm. R. Pannere) cur ita dicuntur? Sitne genuina illa scriptio? discendum ab antiquitate est. A Banno vel Bando potius (dem Panier) deducendam vocem statuit Besoldus in Thes. Pract. Sed Lindenbrogius in glossar. à Panno, unde Germanicum Fahne sit, vexillum, militare signum. Consentit Gryphiander de Weichbild. Sax. c. 68. Non confundi tamē bannum cum bando debet; cùm illud proscriptionem, hoc primā origine vinculum Germanis notet. Satisne accurata sententia Höp. pingii c. 2. de Insignib. §. 9. scribentis? Probabilius à banno Baner vel Banier dicatur; quia militum convocatio ad vexillum fit. Hinc postea vox Banni metonymicè jurisdictionem, territorium & multam pœnamq;

penimq; denotabat diversa sub acceptione. Sic ad judicij penalit
significandam potestatem tam Longobardis quam Germanis vexilla
in usu erant; & inde Banenherr / qui judicium habebat criminale,
dictus. Apertiū ex Vossio constare potest, lib. 2. de Vit. Serm.
c. 3. Omnidem acceptum à Germanis est; quibus Band vinculum, ne-
xus. Quia sub eodem bando militarent. Nisi malis; quia fascias
quædam de bandi, sive vexilli pertica dependeret. Nam fascia
bandum dicitur. Non dubium igitur quin sit Baner Heer ex Ban-
derHerr / quia bando praesisset. Hæc Vir Celeberrimus. Ast cur
ibidem loci loca assert hæc contraria sibi invicem. Si enim vox
Germanica, cur ex Suida probat, Romanos ita appellasse
Signum militare: Βάρδον καλέσον Ρωμαῖοι τὸ σημεῖον τὸ ἄν-
πολέμω. Cur ex Theophylacti Simocattæ Histor. Mauric. ex Paulo
Diacono & Radevico de gestis Frider. I. l. 4. c. 71. probare fatagit,
vocem bandi planè Longobardicam habendam? Istud obiter
notandum, ex memoria lapsu (uti sumus homines) allegatum,
pro Warnefrido Paulum Diacon. à Vossio fuisse. Ita enim Paul.
Warnefrid. I. de gestis Longobard. c. 20. Tunc Longobardi
patratā victoriā ingentem, quā in castris repererant, inter se prædam
dividunt. Tato vero Roduſi vexillum, quod BANDUM appellant,
eiusq; galeam, quam in bello gestare consueverat, abstulit. Esto sa-
nè: usi fuerint hoc nomine, hoc sensu, hocque signo Longo-
bardi; an vapulabit is propterea, qui vocis antiquissimæ originē
& genuinum ejus usum ex lingua Slavonica deduxerit? Meursius
in Gloss. Græco p. 224. ζουτάρον suppanum, Serviorum Magistra-
tum è Wilhelm. Tyr. de sacr. bell. I. 20. c. 4. docet, & à ζουτά
vestimenti genere ac penala derivat. Seqvitur hunc J. Ludovi-
cus de la Cerdain Advers. sacr. c. 121. v. 51. & Suppanos interpre-
tatur, qui inducebantur sūpā q. d. Chlamydatos. Rejicit hanc
summo iure rationem acutissimus Reinesius. I. Var. Lect. c. 14.
Suppani ζουτάροι idiomate Slavonum Pann/ Panowę à Bohemis,
Polonis, Croatis, & Slavorum prosapia reliquiis appellantur
Proceres, Barones, Domini. Hinc Aχιζηπάνων apud Servios in
Niceta de Manuele Comneno, & in Iſacio Angelo mentio
Bankbani, Bancabani sit. Conf. etiam Bonfin. decad. 2 l. 7. Thurocz.
Chron. Hung. p. 2. c. 7. Banus ergo Optimatem notat, in-

déque locutio, grosse Panner-Herren. Hinc Hesychii locum
hunc expones: Βάινας Βασιλεὺς ὡρὰ Ιταλιώτας ὁ δὲ μέγιστος
ἄρχων. Ecce per Italiotas, vicinos Italiam Illyricos, Slavones, Croa-
tes, quorum idiomatis vox illa fuit, signat. Cetero autem quid no-
tatur. Ut Cetero Panay, quid (vis) Domine? Panderarii itaque & Pa-
netherri I. Pandophori Edle Panner Herren iidem illis sunt, quos
Part. 2. Titles of honor Ch. I. Oper. Anglic. Barones nominant
Seldenus: Vexilliferi accuratius dicendi.

DUBIUM III.

BARONIS sola vox fidem nobis facit, quam miserè decipian-
tur saepius, qui allusione quadam propter sonum literasve,
etymologias etiam ridiculas configunt. Passus aliquid humani
Vir Doctissimus Christianus Beermann. in Orig. LL. ad nomen
Pharaonis: *Pharao* s. *Parbo* scribit, פָרָעַה id est, homo multis pri-
vilegiis & immunitatibus gaudens, exentijs jure cōmuni; ex quo est
nobis usitatum *Baro*, etiam Germanorum assensu. Radix ex פָרָעַה
i. e. abjecit, deseruit, abstraxit à re aliqua, liberum reddidit.
Inde aliquis non inepit quoque derivet Germanicum Fren &c. Ori-
ginem ex Syra quidem simpliciorem, sed sine ratione tamen
querunt, qui à nomine פָרָעַה filio derivant. Vultejus lib. 1. Feu-
dal. c. 4. refert, non approbat (quod fecit postea Reinkingen) à Græ-
co βάρος aut δύτο τῆς βασιλείας à gravitate aut à pondere
Baronem dictū: quod Cæucus Baro esse debeat. Martinius in Lexic.
Vultejus istis addit: videri sibi à Germanico nostro Bahr à præ-
senti, apparenti, originem petendam; velut dicimus bahr geld/
bahr fus/offenbahr &c. Tentari posset, (fluctuanti propior Vulte-
jus penitus) Barones dictos esse, quasi PARES, quod pares sint Co-
mitibus. Id quod confirmant Germanianostremores, ubi Comiti Ba-
ro equiparatur, nullumque est inter eos in dignitate discriminus, nisi
quod Baro non est investitus de Comitatu, ideoque Capitaneis propriè
ita dictis, non Valvasoribus majoribus accensendus fuerit, modo ab
Imperio feudum obtineat. Vernacula nostra Barones dicuntur
Frenherren; quod liberum illis sit Comitibus fieri, quandocumque placet:
sicut Licentiatis fieri licet Doctoribus, quandocumque ipsis liber. Hæc
ille



ille, qvi scripsit, afferat; aut qvicunq; seqvi volet. Ostendendum
esse facile intelligo, ut constet, Baronis vocem sensu qvidem
longe alio, Latinam tamen oppidò habendam, ipsiq; Cicero-
ni semel iterumq; usurpatam. Sic nempe *Tullius* epist. II. ad
Attic. l.9. apud *Patronem* & reliquos Barones te in maxima gratia
posui. Nec ignoro interim, *Varrones* aut *Berones* nescio qvos
substitui à nonnullis. Contra qvos & sensus, & lectio constans
in locis pluribus militare possint. Conf. *Cic.* 2. de *Finibus*, & 2.
de *Divinat.* ubi: *Baro*, inquit, te victum esse non vides? Ad qvem lo-
cum summus Vir, *Casp. Barthius* in *adv.* l.33. c. 17. observat, ho-
minem incultum, barbarum, bardum, bliteum, blennum, à Cice-
rone denotari. Et ad eundem sensum corrigit *Arnolfi* epigram-
ma. Plura de Barone apud *Conf. Romanum* loca ad hanc vocem
in *Thesauro* protulit *Nizolius*. Sed & *Persius* Sat. 5. ad qvem vi-
de sis *El. Vinetum*:

Baro regustatum digito terebrare salinum
Contentus perages, si vivere cum Jove tendis.

Et *Hirt.* de bell. *Alex.* Concurritur, inquit, ad *Casium* defen-
dendum. Semper enim Barones compluresq; evocatos cum telis
secum babere consueverat. Ubi per Barones mercenarios mili-
tes intelligit *Seldenus* part. 2. Titles of honor Chap. I. f. 428.
Et hoc est qvod volumus: Barones hoc significatu milites no-
tare, qui fortes in laboribus, in bello sint, & ὄλονδροι, seu plane
Viri. Conf. *Isidor.* lib. 9. c. 4. In Baronum itaq; significatio-
ne duo maximè occurruunt connotata ex usu ævi medii & ante:
(1) Honos, qvo propter libertatem & virtutem alios præcellunt.
(2) Beneficium clientelare Regi debitum. Id Germanis olim
nostris hoc vocabulum significasse, ex *Anglicanis* didici Scri-
ptoribus; & testes alios invoco, *Aimoinū* & *Ottōnem Frisingens.* de
gestis *Frideric.* I. & primò nominandum *Hincmar.* Epist. I. c. 6.
& *Flav. Blond.* lib. 5. decad. 2. *Hector Boēth.* I. 2. *Hist. Scot.*
Francisc. Hottomann. de Verb. Feud. & plurimorū instar haben-
dum *Goldast.* Tom. I. rer. Alamann. part. I. f. 133. ubi de titulo
adjecto *Semper* & *Frenen* singularia affert, & ad *Winsbeckium* ra-
riora plura.

DUBI-

AKT. II. 466

DUBIUM IV.

PARAMONARI qvi qualesve olim fuerint, si quæratur? dubitare solent literati. Justinianus Imperator. l. 46.C. de Episc. & Cler. eorum meminit: DEO amabiles Episcopi si quidem aliquos disertè hi, qui defecerunt, præposuerint rebus, (veluti Xenodochos, Prochotrophos, aut Nosocomos aut Brephotrophos, aut Orphanotrophos aut Gerontocomos, aut PARAMONARIOS, aut Occonomos &c.) illos quidem permittant habere administrationem. Ad quem locum Dionysius Gotfredus observavit, Paramonarios esse villicos seu actores possessionum ex eorum genere, qui res Ecclesiasticas administrante, (ut sunt Oeconomi & Curatores Academici) quamvis illi videantur appellari aseclæ ac Bucellarii. Hoc certum est, falsò per Ostiarium exponi illum. Dionysius Exiguus reddidit per Mansionarium. Vid. Guilielm. Beveregius annot. in Cont. Ephes. Can. 2. Tom. 2. Op. Oxon. p. 109. In Epistola Hincmariz cap. 16. inter Regios officiarios Francorum hosce observavi Cancellarium, Camerarium, Comitem Palatii, Senescalcum, Buticularium, Comitem stabuli, (Constablium vocarunt posteri) MANSIONARIUM, Venatores principales quatuor, Falconarium unum. Et apud eundem Episcopum Rhemensem Ep. 3. c. 23. clariū invenio descriptas ejus partes: Etiam Mansionarius intererat, super cuius ministerium incumbebat, sicut & nomen ejus indicat, ut in hoc maximè sollicitudo ejus intenta esset, ut jam supra dicitur Actores (Senescalcus, Buticularius & Comes stabuli) quo tempore ad eos, illo vel illo in loco Rex venturus esset, propter mansionum præparationem, ut opportuno tempore præscire potuissent; & quæ seqq. Quæstionis ergo est: num Oeconomorum, (qvibus proximè junguntur à Justiniano) an Vice-dominorum munia Mansionarii subierint? diversos ab Oecono fuisse, præter rationes alias, hinc quoque patet, qvia proprium Oeconomis id fuit, prædiariam rem gubernare, ac redditus Ecclesiasticos percipere: Vicedominorum verò (der Vig-Domer) erat defendere & tueri res Episcopatūs; ut Vicarius Episcopi in temporalibus prospiceret hospitibus, vel causis variis evenientibus. Vid. Capitulat. Carol. M. I. 3. c. 26. Hæc per Saturam hinc indagasse, satis sit.

S. D. G.

